



Misc. 6<sup>me</sup>.

cat. 1, 63.





14.

Q. D. B. V

DISSERTATIO V.

**OBSERVATIONVM  
CRITICO-PASSIONALIVM  
PRAEPARATIONEM AD AGNVM  
PASCHALEM ET CHRISTI DE PRODI  
TIONE IVDAE PRAEDICTIONEM**

SIGILLATIM EXAMINANS

QVAM

**INCLVTAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE  
INDVLTV**

**IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA  
DIE IVL. M. DCC. XX.**

**PLACIDAE ERVDITORVM συζητήσει**

SVBMITTIT

PRAESES

**SAMVEL FRIDER. BVCHERVS  
AA. ET PHIL. MAG.**

ET

RESPONDENS

**SAL. DANIEL HENSELIVS  
HOLZK. LVS. PHIL. ET SS. THEOL. STVD.**

VITEMBERGAE

LITERIS CHRIST. SCHROEDERI, ACAD. TYP.









V I R O  
MAXIME REVERENDO AMPLISSIMO  
DOCTISSIMOQVE  
DN. M. IOHANNI  
HENSELIO

CONSISTORII ECCLESIASTICI IN  
PRINCIPATV WOLAVIENSI ASSES  
SORI GRAVISSIMO

AC  
ECCLESIAE STEINAVIENSIS AD VIADRV  
PASTORI VIGILANTISSIMO

*PATRVO SVO HONORATISSIMO  
AMPLIFICATORI ET FAVORI OMNI*

*QVA PAR EST ANIMI PIETATE AC OBSER  
VANTIA AETATEM COLENDO*

NEC NON



V I R O  
PLVRIMVM REVERENDO AMPLISSIMO  
DOCTISSIMO  
DN. SALOMONI  
HENSELIO

ECCLESIAE QVÆ CHRISTO  
SCHOENBERGÆ LVSATORVM COLLI  
GITVR PASTORI FIDELISSIMO

*PARENTI OMNI FILIALI CORDIS AFFECTV AD  
CINERES VSQVE DEVENERANDO*

F R A T R I B V S G E R M A N I S  
HASCE EXERCITATIONVM ACADEMICORVM  
PRIMITIAS

*CVM DEVOTO OMNIGENÆ PROSPERITATIS VOTO*

HINC  
SVMMAE VENERATIONIS

HINC  
FILIALIS OBSEQVII  
TESTANDI CAUSA

D. D. D.  
SALOMO DANIEL HENSELIVS HOLZK. LVS



NOBILISSIMO  
DOMINO RESPONDENTI  
AMICO SVO  
S. D  
P R A E S E S

**A**d diuiniore doctrine studium animum ad-  
plicanti, *acutissimo D. Lutbero iudice*, ORA-  
TIO, MEDITATIO, TENTATIO, co-  
ridie ante oculos uersentur. ILLA incipit ;  
ISTA, ubi coeptum bene fuerit, pergit, ac in  
Linguarum, Philosophiae & Theologiae studio  
assidue operatur, & anxie sudat ; HAEC, quam  
*ἀσκησις* dixit Antiquitas, adplicat, &, quae  
multis uigiliis ac curis parturiuit, disputatio-  
nibus, disquisitionibus, examinibus, repetitione,  
concionibus, Theologorum exercitiis, recte  
institutis, tum in sui ipsius, tum aliorum in usus  
uocat. Quamprimum, AMICE SVA-  
VISSIME, huc Vitebergam aduolasti, ni-  
hil Tibi prius, nihil fuit antiquius, quam ut  
haec boni Theologi requisita, studiorum cur-  
riculi cynosuram, perpetuo cogites. Pietas  
enim, qua hominum nemo, nedum Theolo-  
giae Studiosus, per diem carere debet, semper  
Tibi fuit, & erit quoque in posterum commen-  
datissima. Ab Linguarum scrutinio, Theolo-  
gia



gia & Philosophia, quae Theologis, nec parum ;  
feruit, Te nunquam haecenus abduci, passus es.  
Non Tibi, quod faciunt multi, sed aliis opera-  
ris, hoc est, doctrinas, multis laboribus & ma-  
gno cum sudore partas, minime recondis, nec,  
ueluti thesaurum imis terrae recessibus seclu-  
sum, deponis, sed Doctorum optimorum con-  
silia secutus sedulo sub repetitionem conuocas,  
exercitationibusque porro quotidianis efficies,  
ut promptissima & felicissima alios olim docen-  
di Tibi facultas nunquam sit defutura. Quo  
nomine impense mihi gaudeo, Tibi uero cum  
laude praesertim hodie cathedram ascendenti  
& de argumento sacro erudite disputanti ani-  
mitus gratulor, Deumque Immortalem enixe  
rogo, uelit & in posterum studiis auspicate coe-  
ptis clementer adesse, atque adeo, efficere, ut  
PLVRIMVM REVERENDI DOMINI PA-  
RENTIS TVI, quem Summum Numen diu  
faustum, sospitemque conseruet, nostram, o-  
mniumque, qui de Te optima quaeque sperant,  
expectationem longissime superes. Me uero,  
quod superest, amicitiae Tuae exoptatissimae  
iterum, iterumque commendo. Dabam Vi-  
tembergae in Saxonibus d. Aug.  
M. DCC. XX

☞s )o( s☞



I. V.  
CAPVT V.

DE  
PRÆPARATIONE AD AGNVM  
PASCHALEM

§. I.

**D**iscipuli accesserunt ad Magistrum suum dicentes ei: *Vbi uis, paremus tibi, ut edas Pascha.* Iohannes, cap. 13. 1. ait: *Πρὸ τῆς ἑορτῆς τῆ πάσχα, ante festum Paschatis.* Matthæus uero & Marcus habent: *τῇ πρώτῃ τῶν Ἀζύμων; Prima die Azymorum,* item Lucas: *ἤγγιζε δὲ ἡ ἑορτὴ τῶν Ἀζύμων, ἢ λεγομένη Πάσχα; Appropinquabat autem festum Azymorum, quod dicitur Pascha.* Quae Iohannis & reliquorum Evangelistarum uerba, cum dissonare uideantur, mirum in modum haecenus ingenia excruciarunt, quam tamen controuersiam, maxime impeditam & difficillimam, data opera examinabimus in Dissertatione sequenti de Agno Paschali & Coena Domini, quantum quidem per ingenii uires licuerit.

§. 2. *Θύειν*, quod in fontibus occurrit, proprie sonat *θυμιάων, suffire*, mit *Wäyrauch räuchern*. Postea res ad alias, Diis offerendas, accommodari coepit, in primis ad uictimarum immolationem et maclationem, ut ex *Act. 14. 13. 18. 1. Cor. 5. 7. X. 20, LXX. Senibus, Plutarcho, Thucydide, Xenophonte*, aliisque pluribus adparebit. Cum ergo τὸ *θύειν* immolandi, sacrificandique significatum obtinuerit, pro integro illud modo immolationis actu, modo pro actibus saltim, quos inter maclatio erat praecipuus, praeparatorius est acceptum, indeque factum, ut successu temporis τὸ *θύειν* idem, quod maclare, ualuerit. Vid. *Graeu. Lect. Hesiodi c. 9. Salmaf. Exerc. Plin. in Solin. p. 688. & Casaubon. ad Athen. Deipnos. l. 14. c. 23.* Ob actus autem illos praeparatorios Seruator praemittit duos e discipulis, illisque mandat:

A

§. 3.



§. 3. ἤγάγετε εἰς τὴν πόλιν. Christus Bethaniae commo-  
 ratus in domo leprosi misit duos in urbem, uidelicet Hiero-  
 solymas. Primum Pascha celebrabant in Ægypto, alte-  
 rum in deserto Sinai, postremum, non, nisi Hierosolymis,  
 illud edere, legibus sancitum est, ut expressum extat man-  
 tum. Vid. *Exod. 12. 21. Num. 9. 5. Deut. 16. 5. 6.* Dicitur autem  
 HIEROSOLYMA κατ' ἐξοχὴν ΠΟΛΙΣ, immo cum addita  
 quandoque emphasi ΑΓΙΑ ΠΟΛΙΣ, ex more Hebraeorum lo-  
 quendi, hunc usque indiem non inusitato. Latinis quoque  
 ROMA ἀπλῶς uocatur VRBS, per excellentiam, & apud  
 Ægyptios ALEXANDRIA, apud Græcos TROIA & ATHENÆ. Vnde *Scholiasies Eustath. ad Iliad. β.* ελέγε-  
 το δὲ κατ' ἐξοχὴν πόλις, καὶ πολλὰ ἐξ αὐτῆς, ὡς ἄστυ αἱ Ἀθηναί  
 ἢ ἄστυοι αἱ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ ἐπὶ Ρώμης λέγεται Οὐρεψ. Similiter  
 Hebræi & Talmudici, quando urbis ἀπλῶς mentionem in-  
 iiciunt, & generali suo nomine ciuitatem adpellant, intelli-  
 gunt Hierosolymas, urbem sanctam, eadem denominandi ra-  
 tione, qua Germani urbem proxime accolentes aiunt sim-  
 pliciter: In urbem ire, s. proficisci.

§. 4. ἄνθρωπος ille portans aquam quis speciatim fuerit,  
 non constat, parum etiam hac in re situm est. *Marc. 14. 13. Luc. 22. 10.* Plurimi ἄνθρωπον in genere humilis, abiectæque  
 sortis hominem, hoc est, SERVVM interpretantur. Nam Graeci  
 infimæ conditionis hominem ἀπλῶς uocant ἄνθρωπον, He-  
 bræi, quod in uulgo notum, אָדָם, terrestrem, einen Erd-  
 mann, nichtigen und irdischen Menschen, quamuis illam ce-  
 teroquin uocem, si radicem examinemus, redderemus non  
 male: HOMINEM AFFABRE A DEO E TERRA RUBICVNDI CONDI-  
 TVM ET ELABORATVM, IN QVO CREATOR BENEPLACITVM HABVIT,  
 ut Æthiopi sonat Ἄδᾶμ, Adam, DEI DELECTATIO, PLACVIT,  
 COMPLACVIT, DELECTABILE FVIT; Romani HOMINEM uo-  
 cant, quomodo & Germanis ANCILLA, INFIMÆQUE SORTIS MU-  
 LIER per contemptum uulgo dicitur ein Mensch, & EIVSDEM  
 FARINÆ MASCVLVS ein Kerl. Bynæus, Casaubono & Salma-  
 tio a se citatis, coniecturae suae rationem subijcit: Quia, κα-  
 εἰ-



❁ 3. ❁

*εγχιον υδατος βασιζων, uasculum portabat aquae, quale mi-*  
*nisterium hominum contemptae sortis, ac seruorum fuit.* Haec,  
 in se & in thesi quando spectantur, cum ueritate optime  
 congruunt. Nam fuit illa uocis significatio Veteribus non  
 infrequens, quemadmodum in moribus quoque positum e-  
 rat, ut per seruos pararentur conuiuia, quod Antiquitas,  
 tam sacra, quam profana, tam Orientalis, quam Occiden-  
 talis, disertis uerbis loquitur. Quid posset, quod Hebrae-  
 os, de quibus nobis iam sermo est, in primis attinet, dici cla-  
 rius, quam quod legitur in *Pesachin c. 8. Hal. 2. Per famulos*  
*parata sunt Dominis suis Paschata*, teste *Lightf. Hor. Hebr.*  
*ad Marc. 14. 16. p. 459.* Sed enim in hypothesi & huius loci  
 adplicatione nihil affirmare ausim, quum in huiusmodi cir-  
 cumstantiis, quas scriptura silentio praeterit, offendere facile  
 possimus, iisdem parum quoque, si inhaereamus illis diu,  
 lucrati fuerimus. Hoc censuram mereri apprime duco,  
 quod aliqui suspicantur, portasse *αυθαρωτων* aquas ad panes azy-  
 mos, atque sic potuisse discipulos subodorari, in illa praecise  
 domo, nec alia, agnum esse comedendum, etiam si Seruator  
 non praedixisset. Panes quidem azymi aqua depserentur,  
 uel fructibus arborum, non uino, non oleo, non lacte, si *Ma-*  
*gistris*, sigillatim *Maimonidi de Ferm. Azym. c. 6. §. 5.* cuius  
 ritus maximam partem recentioris sunt aetatis, habenda fi-  
 des. Sed utrum aquas *αυθαρωτος* ille ad panes azymos por-  
 tarit, res incerta admodum & incomperta est. Illud noui-  
 mus, quod Christus ui omniscientiae famulum praeciderit,  
 aquam portantem. Si ordinarie ex fonte hausissent famuli,  
 sine dubio plures eorum tum accurrissent, nec scire potuis-  
 sent discipuli, quisnam ille e tam multis, turmatim ad fon-  
 tem confluentibus, esset, quem Christus uellet, ut eius ue-  
 stigia insequerentur. Textus uero Graecus *αυθαρωτος* sal-  
 tim unius meminit. De cetero literatura Hebraea tria  
 cum primis nouit uocabula, quibus triplex hominis status  
 & conditio his in terris repraesentatur, qua de re audia-  
 mus, praecuntibus *Hebraeorum Magistris*, D. Balthaf. Meis-



ner. *Anthropol. S. Dec. I. D. 1. p. 4.* Vocatur enim, inquit, 1.) אִרָא, hoc est, rufus, ratione creationis, quia ex humo & terra rufa (aflabre) fuit conditus. 2.) מוֹתָוּ, id est, mortalis, uel omnibus morbis & calamitatibus subiectus. 3.) אִישׁ, id est, uir, qui uirtute & beatitudine praestat. [Vid. Ps. 3. 3. XLIX. 3. LXII. 10. Jof. 2. 9. Geier. ad Ps. 1. 1.] Vox prima statum integritatis, secunda mortalitatis, tertia reparationis innuit.

§. 5. Κεράμιον aliquando quidem est mensurae nomen, quam Romanam uocant, capientis χξς, id est, congios octo, sed proprie uas figulinum notat, f. fictile, affirmantibus id Gerharδο, Grotio, Lightfooto, Casaubono, Bynaeo, aliis. Dicitur enim κεράμιον ὕδατος, ein Wasser-Krug, quod uas e terra (κεράμιον) elaboratur, teste Polluce; Κέραμος πᾶσα ἡ τῶν κεραμίων ἀγγείων ὕλη, omnium fictilium uasorum materia. Κέραμος autem ab radice ἐρα f. έραμος, quae uoces terram significat, deriuatur. Sed de Hebraeorum uasibus alibi pauca pro instituti ratione adnotabimus.

§. 6. ὁ διδάσκαλος. Articulus ὁ Hebraeorum respondet η demonstratiuo & emphatico, Chaldaeorum, Syrorum, Samaritanorum statui peculiari, quem pariter emphaticum adpellant, Arabum Articulo ۞. Praemittitur hoc loco ἐμφατικῶς, ut Job. 1. 21. & 10. ὁ Προφήτης ἐν σοί, es tu Propheeta ille, IPSE SCILICET, QUI PRÆGNANTER DICITUR ὁ ἐρχόμενος; Et Job. 13. 13. Ἰωβ εἰς Φωνεῖτέ μοι, ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος, Vos uocatis me: IPSE DOCTOR ET IPSE DOMINVS. Grammatici & Philologi, Articulum ὁ & η saepius πλεονάζειν, ac OTIOSE poni, uulgo scribunt, quod, si iuste explicetur, & κατὰ χρησιμῶς ita dicatur, admittimus. Alias contra, omnia in scripturis NEGOTIOSE esse posita, nulla literula, nullo punctulo, aut apice, exceptis, asserimus. LITERÆ PARAGOGICÆ, EPENTHETICÆ, & quae sunt id genus alia, minime OTIOSE adponuntur, sed, ut nos censemus, NEGOTIOSE adiciuntur, uel ex ἀναλογία linguae grammatica, uel ex peculiari emphasi. Idem esto iudicium de Articulis ὁ & η demonstratiuis.



§. 7. Πάχα ποιῆν phrasis est Hebraea. Graecum enim ποιῆν idem ualeat, quod פָּחַד apud Hebraeos, quae uoces tam late patent, ut de plurimis rebus possint praedicari. Quapropter uehementer errant, & decipiuntur, qui cum *Vorsio de Hebr. N. T. c. 5. & Bynaeo de M. C. l. 1. c. 6. p. 491.* πάχα ποιῆν & πάχα Φάγειν phrasas esse ἰσοδυναμίας & aequipollentes, atque sic πάχα ποιῆν proprie significare ὄσTERN esse, arbitrantur, quo sensu τὸ ποιῆν nullibi rerum in natura extabit. Denotat enim PROPRIE facere, instituere, ac in compositione cum nominibus, celebrare, halten, begehent, feyren, zubereiten, anstellen &c. Sic supra audiebamus; ἐπέμισαν ἑν αὐτῷ δάπνον, fecerunt ei igitur coenam, id est, sic habent ihm ein Gastmahl zubereitet. ποιῆν & פָּחַד γενικῶς designant uniuersum Paschatis actum, hoc est, omne, quod ad celebrationem & agni paschalis comestationem pertinebat, cuius praecipuus & quasi formalis actus erat agni paschalis esus, hinc illud πάχα ποιῆν non male aliam in linguam uertitur πάχα Φάγειν, das Oster-Lamm essen, s. Pascha facere, celebrare, instituere, ut Germanus ait, begehent, feyren, ὄσTERN halten. Primaria & praecipua pars, τὸ Φάγειν, SPECIFICIE nominatur, & totus actus, uniuersum festum, subintelligitur, quod erat olim πάχα ποιῆν, ὄσTERN halten. Formula igitur πάχα ποιῆν ab Hebraeis desumpta est, sigillatim ex *Exod. 12. 48. Num. 9. 10. sqq.* הוּחַד לַחֵם פָּחַד, quod LXX. uiri transferunt: ποιῆν τὸ πάχα, Domino Pascha faciat, iuxta *D. Lutherum*: Und dem HERRN das Pascha essen will, quae ratio loquendi πάχα ποιῆν occurrit *Hebr. 11. 28. Matth. 26. 18.* quomodo & Graecis olim, praesertim Hellenistis, τὸ ποιῆν quandoque capiebatur, quae res tam clara est, uerborum ut ambagibus hic superfedere possimus.

§. 8. καταλῦμα *Luc. 2. 7. XXII. 11.* ἀπὸ τῶ καταλύειν, diuertere, hospitium capere, defluxit, dum peregrinantes in diuersorio uestes & farcinas reiciunt, atque dissoluunt, qua significatione legitur apud *Thucydidem & Demosthenem*. Plutarchus quoque dixit: καταλύειν εἰς πανδοχεῖον, diuertere in







ma manifestum est. Nimirum apud Graecos quoque locus, in quo cibum fumebant, *εἰκος* dicebatur, & a numero lectorum, qui in eo sterni poterant, *εἰκος τεύλιον*, *πεντάλιον*, *επτάλιον*, *δεκάλιον*, *εκασιτόνταλιον*, ut *Iul. Pollux* testis est, atque his ex uerbis *Athenaei* patet, *Deipnos. l. 2. c. 8.* ὅτι καὶ τεύλινοι ἄνθρωποι, καὶ πεντάλινοι, καὶ ἐπτάλινοι, καὶ δεκάλινοι, καὶ ἐκασιτόνταλοι ἦσαν παρὰ τοῖς παλαῖοις. --- Inde igitur factum est, ut uocabulum ἀνώγειον mutatum in εἰκον, uel eidem nomen εἰκος adiectum ab eo sit, qui sibi sic duxit interpretandum. *Ανώγειον* autem, ut *Camerar. Marc. 14. 15.* adnotauit, significat locum SUPRA in aedibus, sicut *κατώγειον*, INFRA, & οἰκίαι κατώγειοι, sub terra habitationis loca, qualia fuerunt *Cryptae Veterum Christianorum*, facris in primis usibus uacantes. *Syri ἀνώγειον* uertunt *ܐܢܘܓܝܘܢ*, quae uox *Hebraeorum* est *אָנֹוּגַיִן*, 2. *Reg. 1. 2. Jer. 22. 14.* & *Graeci ὑπερώιον*, seu ὑπερώϊον, ἀνώγειον οἰκημα, CONCLAVE SUPERIVS, s. *δωμάτια*: *Erasmo* & *Belgis* dicitur *EEN OPPERSALE*, s. *OPPERZALE*. Erat utique ἀνώγειον id, quod *Graecis* alias ὑπερώϊον, locus aedium superior, uti uidere est apud *Hesychium*, das oberste *Stoekwerck*, uel locus supremus in tectis, quae Orientalibus & *Graecis* fuerunt plana, umbrosis *σπηλαία* exornata. *Vulgaris* reddit coenaculum, *ἔβρα* Saal, quod, ex communi ferme omnium sententia, *Veteres*, praesertim uesperii, afflantibus & persflantibus uentis, superioribus in aedium partibus, refrigerii causa, cibum fumsissent. *Stephan. Thes. T. I. p. 806.* Breuiter ut dicam, ἀνώγειον illud, aut ὑπερώϊον, plurimis uacabat usibus, quos indagant *Mich. Neander*, *Sorau. Scaliger*, *Casaubonus*, *Heinsius*, *Buxtorffius*, *Hildebrandus*, *Cocceus*, *Geierus*, *Dietericus*, *Menochius*, *Pfeifferus*, *Goodwinus*, *Caucus*, alii. Vid. *Dougtaeum. Anal. S. ad 2. Sam. 11. 2. p. 159.* & *Antiq. meas Selectas de Conclus. Hebr. & Graec. Femin. p. 71. 103. 132. & 137.* Omnium optime rem persequitur saepe laudatus *Pfeiffer. in Antiq. Hebr. c. 30. p. 214. sqq.* Erat mos *architecturae* in *Palaestina*, ut tecta plana, non uero, more nostratum, ad instar prismatis formarentur, quae peribulo



periholo loricato Dei iussu cingenda erant, ne quis incautus delaberetur, Deut. 22. 8. de quo loco fassé egit Dieter. Antiq. l. 2. p. 40. f. Erant tamen ob planitiem via comparata tecta (quae Graecis δώματα) ut in iis AMBVLARE, APRICARI, DIVERSARI, EPVLARI, DORMIRE, aliaque id genus, facere liceret &c. Vid. Laurent. Ramirez in Pentecontarcho, c. 27. Sixt. Amama, Antib. Bibl. l. 4. p. 733. & Er. Schmidius in N. T. p. 179. Praefertim locus erat precationum Veterum, in primis deuotionis Iudaicae. Ita Daniel habuit עלייה, seine Beth-Kammer, Dan. 6. 10. Vnde Lightfoot. in Hor. Hebr. Act. 1. 13. p. 689. ad uerba: ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῶον, לערויה, *Vsitatum*, inquit, *erat genti, ut, cum de lege & rebus religionis esset tractandum extra Synagogam, ascenderint לערויה, eis ὑπερῶον, in aliquam partem domus superiorem. Iuchasin fol. 23. 2. fol. 45. 2. Hier. Schabb. fol. 3. 3. Talmudici consuetudinem non ignorant, Berach. c. 5. f. 34. 6. Postquam Gamalielides in morbum inciderat, duos e discipulis misit precatus, ut pro ipso ad Deum orarent, qui confestim ideo עלרו לערויה, ascenderunt in עלייה, et orarunt, ut aegroti misereatur. Propterea Sapientes uocant, בני ערויה, כנו ערויה, *filios anagyris, seu ὑπερῶον, Söhne der Ober-Gätle, qui in עלייה ante faciem se Domini sisterent, Succah fol. 45. b. Exemplum nobis suppeditat Lucas, Act. 1. 13. 14. ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῶον - ἔτοι πάντες ἦσαν προσευχόμενοι ὡς ἑσθλαδὸν τῆ προσευχῆ καὶ τῆ δεήσει; Ascenderunt in ὑπερῶον - Hi omnes erant perseverantes unanimiter in deprecatione & obsecratione. Vid. Act. 10. 9. Alludit quoque Ieremias ad illam deuotionis caeremoniam, c. 22. 13. Vae, qui domum suam cum peccatis aedificat, & ὑπερῶον iniustitia. Idolatrae enim tecta publico Deastrorum suorum cultui aptissima putabant, 2. Reg. 23. 12. XXXII. 29. XLVIII. 38. Zeph. 1. 5. Sic Rabbinii, חמנים, quorum mentio fit, Leu. 26. 30. Es. 17. 8. XXVII. 9. aiunt, fuisse statuas sub dio in tectis cultas & soli dicatas. Qua de causa Hebraei oraturi, sacramque rem peracturi in עלייה, ὑπερῶον, siue ἀνώγειον, se receperint, Bynaenus subodoratus uidetur in Antiq. Passim.**



*Passion. p. 254.* quando scribit:  $\Upsilon\pi\epsilon\sigma\phi\omega\nu$  wird mehrmalen von Luca gebraucht. Doch so, daß es nirgend von ihm gebraucht worden, als den Ort zu bezeichnen, da sie oben in dem Hause pflegten zu beten. Es ist bekand, daß die Jüden, gleichwie sie in dem Tempel, wenn sie beteten, ihre Angesichter nach dem Allerheiligsten, da die Bundes-Lade stand, kehren mußten, außser dem Tempel sich mußten wenden nach der Gegend, da derselbe stand, und ihr Angesicht nach dem Heiligthum kehren, wie auch noch heutiges Tages die Jüden im Gebeth ihre Angesichter nach dem Theil der Welt wenden, da Jerusalem liegt, und haben in ihren Synagogen ein klein Kästlein, dardurch sie die Gestalt der Bundes-Lade abbilden, nach welcher sie sich kehren, wenn sie beten, und stellen es in die Ecken der Synagog, die nach dem Lande Canaan liegt, welche in diesen Ländern gegen der Sonnen Aufgang ist. Und umb diese Gottesdienstige Manier zu beten desto besser wahrzunehmen, haben sie ihre besondere Bet-Plätze, oder Gebeth-Kammern, in den obersten Theilen der Häuser gemacht, welche deswegen genannt werden  $\Upsilon\pi\epsilon\sigma\phi\omega\nu$ , (Opper Kameis) Ober-Kammern, von  $\Upsilon\pi\epsilon\sigma$ , hinaufsteigen, welches denn die Griechen sehr wohl ausgedrückt durch  $\alpha\nu\omega\gamma\gamma\omega\nu$  und  $\upsilon\pi\epsilon\sigma\phi\omega\nu$ , das ist, ein Ober-Saal. Nullum igitur superest dubium, quin antiqui Hebraei plerumque Passcha comederint in superioribus aedium partibus, & Genes loca sublimia, in collibus & montibus sita, immo tecta domuum plana, religiosi cultus erga Numen testandi gratia, ascendere soliti fuerint. Eruditi, quando ritus in illius perantiqui causas inquirunt, diuersas in sententias abeunt. *Bertram. de Rep. Hebr. c. 15.* morem illum, res peragendi sacras in cellis, ab urbibus Leuitarum, sacrificia sua offerentium, in montium sublimitatibus sitis, deriuat. *Lundius in Jüd. Heil. l. 3. c. 33. p. 556.* scribit: Vermuthlicher ist, daß sie dem Abraham haben nachahmen wollen, der seinen Sohn Isaac auf einem hohen Berge aufopffern wolte, *Gen 22. 7. sqq.* Der auch Bäume und Gebüsch pflanzete, und daselbst mit Opffern und andern heiligen Verrichtungen Gottesdienst pflegte, *Gen. 21. 33.* *Goodwin.*



win. Mos. & Aar. l. 2. c. 4. p. 401. sic existimat: Antiqui Pa-  
 gani, inquit, non tantum nulla templa suscitauerunt, sed &  
 nefas putarunt. Hospin. de Templ. p. 1. Hanc ego conicio  
 esse rationem, cur colles & montes, ut suae idololatriae fa-  
 uentes, selegerint. Hottingerus ad Goodw. l. c. addit: Ex-  
 celsa enim natura amoena, coelo, sedi diuinæ, propinqua, at-  
 que meditationum incitamenta, hunc in finem eligebantur.  
 Noachus Gen. 8. Abrahamus c. 22. in excelsis sacrificabant, quo-  
 rum exemplo posterius eiusmodi amabant loca, imo publica sa-  
 crificiorum sedes tandem in excelsis, monte Moriah, constitu-  
 bantur. Haec probabiliter Gentibus innotuerunt, quae dein, uti  
 alia, imitatae sunt. Addo, in montibus & sub arboribus,  
 umbrae causa, Veteres adorasse, ob nimium aestus ardorem  
 in Oriente, cui alioquin idololatriae expositi fuissent. Suis  
 cum primis deuotionibus quercus consecrabant, unde Drui-  
 darum nomen defluxit, & luci orti sunt, אורנים, die Hayne,  
 ארשן, lucus quasi minime lucidus, ein dicker, finstere Wald,  
 arboretum, quercetum. Quapropter non male Tossanus ad-  
 hibet uoces magis notas: Wald und Eichen-Wald, item  
 der Wald, den die Heyden ihren Götzen geweyhet, und ihnen  
 dabey geräuchert haben, Exod. 17. 13. Habuit autem uoca-  
 bulum Hayn, s. Hain, duplicem significationem, ALTERAM  
 PROPRIAM, Gen. 12. 6. XIV. 13. &c. quando sumitur pro sylua  
 rebus designata sacris; ALTERAM autem FIGVRATAM & METO-  
 NYMICAM, qualis 2. Reg. 23. 6. occurrit, pro idolo in syluis  
 a Gentilibus culto. Ponitur enim *μεταφορικῶς* Subiectum, der  
 Hain-Götze, pro Adiuncto, dem heiligen Walde. Non ita-  
 que lucum, sed idolum illud, den Hain-Götzen, quod Ma-  
 nasse in templo posuerat, rex Iofias ex eodem eiiciebat. Ha-  
 buerunt ceterum Germani antiqui aliud quoque nomen e-  
 iusdem significationis A G L E, & cum arces non pro-  
 cul a syluis, quin in ipsis extruerent syluis, nomina lo-  
 corum inde originem habent, e. g. Siegenhayn, s. Siegen-  
 hagen, ab sylua & idolo eiusdem nominis in Hassia, Cop-  
 penhayn, Coppenhain, s. Coppenhagen in Dania, Hain-  
 burg,



burg, Hainburg, f. Hagenburg, Hamburg, Grossenhain, Grossenhayn, Frauenhayn &c. in Misnia. In Thuringia inter Condershausen & Franckershausen adhuc hodie sylua satis magna habetur, quae uulgo & hucusque die Hain-Leute appellatur. Prisci idolo rhamnum, lorum consecrabant, den Dornstrauch, davon wir die Früchte Hainbuchen, id est, Hagenbuchen, f. Hainbutten, insgemein nennen, weil sie diesen Götzen gleichsam geheget, oder gehayet, ut ueteres scribebant, das ist, geheiligt wurden, (unde uenatoribus non ignotum est das Gehege &c.) quales fructus in locis eiusmodi saxosis magna copia crescebant. Voces illae Germanorum hegen u. hayen antiquae Graecorum ἄγος optime respondent, & aliquatenus cum Hebraeorum חגג idem facere uidentur. Hain uero accuratissime sonat ein heiliger Ort. Hic consulendus nobis est *Lycosthenes Xellionoros in Not. Germ. ad Mylii Hort. Philos. §. 10. p. 6.* qui concinne & eleganter admodum hos recenset ritus, subsequenter in modum: Haine seyn sonderbare geheiligte Wälder, oder Wald-Gärten bey denen alten heydnischen Deutschen gewesen, welche von allen andern weltlichen Gebrauch abgesondert, geheiligt und geheget, und von solchen hegen heilige Hagen oder Haine genennet, dessen gedencket Tacitus eines, welchen die alten deutschen Schwaben ihrem Abgott Mars geweihet und den Kauchen-Wald geheissen: Item der Bodenhayn in Friesland, wie Tacitus l. 4. schreibet, und in solchen Hain-Wäldern haben die Heydnischen Priester, oder Druiden ihre Wohnung gehabt, wo sie am dicksten und finstersten gewesen, in Höhlen und Klüfften. Und zu solchen heiligen Hainen ist das abergläubische Volk gelauffen, und zu denselben Abgöttern gewallet, und das hat man Waldfahrten genennet, wie noch im Pabstthum solcher abgöttischer und heydnischer Gebrauch mit Wallfahrten gewidmet wird. Es durffte aber Niemand unter dem gemeinen Vöbel in solche Haine eingehen, er lieh sich denn zuvor mit Banden von Bast geflochten binden und umstricken, seine Demuth, und das er sich dem Abgott ganz ergeben hätte, dadurch anzugeigen.



zuzeigen. Und so etwa ein solcher Strauch umfiel, so durfte ihn Niemand unter denen Priestern und Pfaffen wieder aufheffen, sondern musste seinen eignen Leib selbst also liegend widerum aus dem geheiligten Hegewald oder Haine walcken, wie Tacitus und Lucanus schreiben. Man durfte bey Leibes-Straffe keinen Baum darinnen verlesen, abhauen, oder etwas daraus vertragen. Dahero wuchsen die Bäume dicke ineinander, und ward so finster und furchtsam, daß auch die Priester und Druiden, wenn sie in dieselbe geheiligte Derter eingegangen, ein Entsetzen darob hatten, aber im Jahr nach Christi Geburt D C C. hat Luitprand, der Longobarder König, unter andern seinen Land-Ordnungen ein Geboth, oder Gesetz gemacht, daß welcher Mensch vor einen solchen Hain, oder geweihten Bann-Baum bethen, Zauberey treiben, und Aberglauben treiben würde, dem solte die Helffte seines Vermögens verfallen seyn. Fuerunt igitur Hebraeis, Graecis, Romanis, Germanis, aliisque nationibus luci Diis, sacrisque u-sibus consecrati. Vid. *Vrsin. Arbor. Bibl. c. 47. Spencer. de Leg. Hebr. Rit. l. 2. c. 16. p. 586. sqq. Selden. de Diis Syr. Syntagm. 2. c. 2. Kircher. Oedip. Aegypt. t. 1. p. 31. Menoch. de R. H. l. 4. c. 1. Cluver. Antiq. German. l. 1. c. 34.* & plures alii. Celsorum uestigia inuenies in MONTIBVS LVSATIAE CONSPICVIS KOENIGSHAYNENSIBVS TRACTVS GORLICENSIS, ad pagum Königs-hayn perantiquum situs, qui ab regulo Gentili, arcem prope saxa illa habente, & idolo, dem Hain-Gögen, illic culto, ut uetus est traditio, nomen Königs-hayn accepit. Hominum copiam regiones illas occupasse, situs ratio, cetera tuadent. Sublimitates & excelsa densissimum ob arborum & saxorum abundantiam terriculosa primo intuitu uidentur, maxime cum de petrarum summitatibus in imas profunditates, meris tenebris inuolutas, conspiciamus. Primam, in pagos Rengersdorff und Wiesa spectantem, petram Antiqui uocabant den Todten-Stein, quamuis nemo tam curiosus fuit, ut, unde nomen illud, ex aliquo quaesiuerit. Maioribus etymon sine dubio fuit notum, sed temporum iniquitas illud



illud obliterauit. Anno currentis Seculi octauo, cum podium in petra illa iam nominata eradicare uellem, urnas primus effodi, magna copia in petrae fastigijs & ad saxorum radices in terra positas. Postea nominis origo sponte fluctabat. In illa petra, peruetusto Antiquorum *κοιμητήριον*, quam idcirco den Todten Stein adpellabant, mirum in modum natura ludit. *Cataclasma* & *hiatus*, per mediam petram, quem natura, ut peperit, ita superne per saxum defendit ab imbre, & tegit, mirabilis est, quo facilis iter datur ad coemeterium illud. In fastigio petrae summo conspicua cum primis sunt *octo foramina*, in lapidem artificis manu incisa, ab utroque latere quatuor, quae sibi accuratissime respondent, cum forsan in finem excauata, ut idolum affigi, uinculisque teneri possit. Ante idolum in saxo illo erectum olim, paulo inferius ad pedes luci, des Hain-Göhsens, adparuit concauitas, quae hunc usque in diem superstes est, ideo elaborata, ut oraturi uersus Solis ortum, ritu Priscis usitato, *תפלתו, προσκύνειν*, in genua procidere, atque sic uersus orientem, uel fixum oraculum, uel solem adorare possent. Praeterea, aram uidisse illic, contigit, quadris lapidibus, quos natura denuo elaborauerat, extractam, & alia, quae Maiorum Deastros & idololatriam redolebant. *Ossa* & *magnae molis dentes* non gigantis, aut hominis alicuius, sed bruti sunt, idolo procul dubio consecrati, atque simul cum cadauere combusti, quod, Graecis in consuetudinem iuisse, *Homerus* ac uetustissimi Poetae fati loquuntur. De *nummis bracteatis* & *monetis Romanis*, in illo tractu repertis, multa essent, si ratio institui permitteret, dicenda. Forsan offeret se aliquando, reconditissimas illas antiquitates sigillatim examinandi, occasio, maxime, cum illi, qui de Lusatia hactenus Superiori integra uulgarunt uolumina, ritus Veterum minime, quod tamen fieri debebat, indagent, aut, si indagent, in primas origines, & imos in Antiquitatum recessus non penetrent, dum non cuilibet licitum est, hunc impeditissimum, ut in prouerbio habet, adire Corinthum.



§. 9. ἐστρωμένον. D. *Lutber.* gepflasteter Saal, quod defendit *Gerhardus in Harm. Euang. c. 169.* quia non solum ad ornatum eius facere lapides potuerint, sed etiam in calidioribus illis regionibus refrigerium aliquod pedibus praestiterint, et pauimenta eiusmodi in superioribus conclauibus commode parari potuerint. *Erasmus Schmidius* similem in modum uertit: *Stratum*, geschlagen Estricht, oder sonst gepflastert. Addit tamen: *Nisi quis forte accipere uelit bedectet, sicut mensa strata dicitur, gedectet Tisch, ut innuatur locus, mensa, κλίνας & lecticus, aliisque sufficienter instructus.* Veteres habuisse pauimenta, nullum est dubium. Sed an ἐστρωμένον tale significet, ualde ambigo. ἀνώγειον stratum respectum potius habet ad Veterum morem accumbendi ad mensas in lectis, ab Hebraeis, Graecis, Romanis usu receptum, ut sit ἀνώγειον instructum ad apparatus epularum, lectulis nimirum stratis. Στεώννυμι enim significat sternere, quando uestes sternuntur, frondes, aut flores, aut lectuli, ex Veterum ritu, quemadmodum audiuius supra ad uocem ἀνέκλιο & ἀνέπεισι, atque *Casaubon. ad Athen Deipnos. l. 1. c. 49.* erudite notat: τὸ ἀνακλιῶναι & ἀναπέσειν apud *Matthaeum & Lucam* denique nihil innuunt aliud, quam *Christum Pascha* comedisse secundum morem accumbendi, qui tum in usu erat. Vnde *Lectisterniator Plauto* est, qui nobis *Taffeldeckel* dicitur. *Xenophon. Paed. 8.* ὁ ἀντὸς κλίην στεώννυσι, τραπέζαν ποσομένη, ut *Cicero* quoque dicit: *Triclinium sternere. Plutarch. in Artoxerxe p. 1869. ed. Steph.* κλίην καὶ στεώματα, καὶ τὰς στεωνύσας ἐπιπέσει, ὡς δὲ μεμαθηκότων Ἑλλήνων ὑποστεωνύουσαι, cum lectis & stratis misit etiam, qui lectos ipsos sternerent, perinde, ac si Graeci substernere non didicissent. Hoc autem hominum genus ab insternendis lectis στεώτας appellabant. *Steph. Thes. T. 3. p. 1058.* Peregrinis in primis, & edendi Pascha ergo aduolantibus sternebantur lectuli, pro numero eorum, qui cum Patrefamilias, aut Magistro suo, accumbere uellent. Ita uerbum στεώννυμι & στεωνύω interpretantur *Camerarius, Scaliger, Belgae, Bynaeus, alii*, qualem significatum omni-



omnino habet, quod ex *Athen. Deipnos. l. 2. c. 9.* ut alia, fatis & copiose a *Bynaeo* exposita, silentio praetereamus, intelligitur, cum *Anaxandrides* ibidem:

Ἀλλὰ ξενῶνας ὄντας, καὶ ῥαυτῶ δόμους,  
Στραῶντι τέ νοῦτας, καὶ πυρὸς φλέξον  
Κρατῆρα τ' αἶψα, καὶ ἠδίστον κέρα.

*Hospitale diuersorium aperi: Verre domum.*

*Sterne lectos: Ignem accende luculentum.*

*Tolle poculum: Vinum misce suauissimum.*

Vid. *Simson. in Libr. Miscbn. de Vas. fol. 26. seq. & Dassou. Antiq. Passional. MSt. c. 3. s. 2. & 3.* qui ad uerba illa: Magister dicit, adest tempus, ut celebrem apud te *Patcha* adicit: Illa indicatio propterea fiebat, quia, antequam maclaretur agnus paschalis, prius scire debebant, quodnam esset illud sodalitiium, quod uellet illum agnum edere, illorum enim nomine agnus maclabatur. Constabat autem eiusmodi sodalitiium tot personis, ut agnus consumeretur totus, & extendebat interdum ille numerus sese usque ad XX. personas. Vid. *Maim. de Agno Pasch. c. II. 3. c. V. 5.*

CAPVT VI.

DE

PRAEDICATIONE CHRISTI OVOD

IVDAS IPSVM SIT PRODITVRVS.

§. I.

**P**raedixit id Seruator in Coena Paschali, atque sic illa praedictio ad Agnum Paschalem referenda esset. Sed enim cum materia & res, praeter opinionem, sequentis de Agno Paschali & Coena Domini Dissertationis sub manibus accrescerent, ordo naturalis ille paululum immutandus & ὑπερὸν πρότερον, ut aiunt in scholis, admittendum erat. Messias in V. T. per Dauidem illam proditionem

praecinit *Pf. 41. 10.* בְּשֵׁם אֱשֶׁר-בְּטַחְתִּי בְּיָדָי אֱשֶׁר-אֵיֵשׁ שְׁלוֹמִי  
גַּם-אֵיֵשׁ שְׁלוֹמִי אֵיֵשׁ שְׁלוֹמִי אֵיֵשׁ שְׁלוֹמִי  
:עַקְבִּי אֵיֵשׁ שְׁלוֹמִי אֵיֵשׁ שְׁלוֹמִי אֵיֵשׁ שְׁלוֹמִי  
:עַקְבִּי אֵיֵשׁ שְׁלוֹמִי אֵיֵשׁ שְׁלוֹמִי אֵיֵשׁ שְׁלוֹמִי  
D. Luther. Auch mein  
Freund, dem ich mich vertrauet, der mein Brod aß, tritt mich  
unter





unter die Füße. Quae uerba Seruator non Bethaniae modo de se interpretatus est. *Ioh. 13. 18. ὁ τρώγων μετ' ἐμῶν τὸν ἄρτον, ἐπέσκει ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρυν αὐτοῦ*: D. Luther. Der mein Brod isset, der tritt mich mit Füßen. Verum etiam in Coena Paschali. *Matth. 26. 23. Vid. Act. 1. 16.* Nul- lum arctius, magisque inuiolabile olim foedus Antiqui pu- tabant, quam quod ab eiusdem mensae, s. hospitii & foda- litatis participatione inchoabatur. *ἄλλο καὶ τρεπίζουσα σύμβο- λα τῆς γνησῆς Φιλίας ἀνθρώποις ἀνέφερα*, ait Philo, *sal & mensa praecipua duo amicitiae pignora hominibus inuenta sunt.* φιλικὸν γὰρ πᾶν τοῦτον ἀπὸ τῶν τροφῶν ἀξιάμενον καὶ ὁ- μοσπένδων, καὶ - - Conducit enim in primis ad amicitiam, ut ait Strabo l. 9. *quicquid a mensae libationum, contuberniique proficiscitur communitate.* Vnde Gentiles Iouem Φίλιον καὶ ἐφέστιον praesidem & amicorum eiusmodi contractuum in- spectorem dixerunt. *Aeschines in Orat. contra Demosth.* inter cetera illud in primis intorquet, quod *συσπένδων, καὶ συν- θύων, καὶ συσπένδων, communi cum eo uictu, communibus libatio- nibus quondam usus in iudicio reum accusarat.* Hecuba apud Euripidem uerbis exaggerans Polymnestoris crudele facinus, in caede Polydori filii, hospitalis quoque mensae mentio- nem iniicit:

*Κοινῆς τρεπέζης πολλάκις τυχὼν ἐμὲ.*

*Mensa receptus saepe communi mihi.*

Seruator igitur non immerito conqueritur de infidelitate Iu- dae, quem foedifragum & amicitiae desertorem facinoris il- lius horrendi accusat, quod contra ius etiam naturae, ne- dum alias diuinitus latas leges, peccatum praegrande sit patraturus, quod Gentiles etiam nefas putarunt. Benefi- ciorum enim fodalitii iure in nos collatorum cotidie debe- mus esse memores.

§. 2. Christus Luc. 22. 15. ad mensam recumbens dicit: *ἐπιθυμία ἐπιθυμήσα, desiderio desideravi, iuxta Bezae sum- mopepe desideravi.* Nam *ἐπιθυμία ἐπιθυμῆν* est magno rei alicuius desiderio flagrare, ut bene Hugo Grotius ad Luc. 22. 15. (uid.



15. (vid. Gen. 31. 30. pro quo ἐπιθυμίαν ἐπιθυμίην dixerunt LXX. Num. 11. 4.) monet. Nomen enim ἐπιθυμία additum uerbo ἐπιθυμίην orationi uim & δεινότητά quendam addit. Quae elegantia Hebraica est. Vid. Vorstius, Phil. S. cap. 36. & Num. 11. 4. רתאו תאוה, concupiuerunt concupiscentia, Ps. 106. 14. Prou. 21. 26. Matth. 15. 4. χάρις χάρῃ σφόδρα. Hebraeorum in primis erat mos, ut, quando rem aggrauare, aut intendere uellent, literas duplicarent, uel *implicite & uirtualiter*, mediante Dagesch forti, ut in Coniugatione Secunda, aliasque passim in Nominibus; Vel *expresse & explicite*, ut אמלל, *sublanguidum esse*, aut ualde languescere, ישועתה, *salus omnigena* ואת יְשׁוּעָתְךָ, summa, maxima. Immo consuetudinis erat, ut quandoque integras geminarent uoces, u. c. רתאו תאוה, *concupiuerunt concupiscentia*, מות תמות, *moriendo morieris*, ומהביתך עולם, *ich habe dich ie und ie geliebet*, & *perpetuo amore dilexi te*, Jer. 31. 3. רתחה, *timor maximus* &c. qualem loquendi rationem plurimae gentes imitatae sunt. Quoties igitur aut litera, aut syllaba, aut integra dictio geminatur, toties occurrit in textu Hebraeo significatio, ut in scholis aiunt, frequentatiua & intensiua, qui Canon ad fontes Graecos pariter accommodari potest.

S. 3. ὁ μὲν υἱὸς τῆ ἀνθρώπου, *filius quidem hominis*, ὑπάγε, uel, ut Lucas habet, πορεύσασθαι, *uadit, subducit scil. se*, Optime Lutherus: Gehet dahin. Christus tam in V. quam in N. T. frequentissime salutatur υἱὸς τῆ ἀνθρώπου, des Menschen Sohn, ut e Daniele, Scriptoribusque N. T. patet, quod Theologis exponendum relinquimus. Phrasis uero praesens denuo Hebraeorum dicendi genus redolet. Sic Abrahamus Hebraicum הולך usurpauit, Gen. 15. 2. הנכי הולך, *ego abeo sine prole*, ἀπολούσασθαι ἀτσανθ, ut LXX. Senes reddunt; & Ios. 23. 14. הולך כל הדרך היום, *et ecce ego abeo hodie per uiam omnis terrae*. Optime & eleganter admodum D Lutherus: Siehe ich gehe heute dahin, wie alle Welt. Sic dicitur: Sciens Iesus, uenisse iam horam, ἡνὰ μελετήσῃ ἐν τῆ νόστος &c. ubi notamus, non absimilem



millem phrasin extare in *Bemidbar Rabba*, f. 243. 3. Dixit  
 Abrahamus: Ego sum caro & sanguis כו נפשר למחר  
 לזעורם *cras ego μεταβαλων εν τῷ νόσμη*. *παρέυεσθαι* sigillatim  
 & *ὑπάγειν* idem esse cum *Bynaeo* uolunt Eruditi, quod plen-  
 nius *Sophocles* θανάσιμον βιβηκέναι, *abire e uita Cicero*, de  
 uita migrare *Paterculus*, εις θάνατον παρέυεσθαι *Lucas* dixit.  
 Alibi *ὑπάγειν* de Christo positum ἀνάληψιν eius in coelum  
 designat. Locutio illa metaphorica mundi uanitatem ad o-  
 culum demonstrat & effingit egregie. *σχῆμα*, *uestis*, *φάν-  
 τασμα*, splendor, umbra, theatrum mundi, &, quod in eo,  
 fugit celerrime & praetercurrit. *1. Cor. 7. 31. Patres* primiti-  
 uae Ecclesiae quam conuenientissime hominum actus appelli-  
 tant LVSVS PVERILES, PVERILIA DELIRAMENTA, *Kinder-Spiel*,  
*iudice Chrysofomo. Infantes ludunt pilis, nucibus, talis, globu-  
 lis. Illi ludendo pila, formandis ex arena munitiionibus, fingen-  
 dis ex cera & papyro aciebus, exaedificandis e lusoriis chartis  
 domibus perdunt tempus, omittunt seria, accersuntque sibi fla-  
 gra; Nos nibilo prudentiores, (nisi quod differat lusuuum ma-  
 teries, euentuumque perniciosior duratio,) negligimus gra-  
 tiae tempus, inscitiae immoramur periculosa, innumera ac  
 infinita thesaurizamus nobis flagella, nummis argenteis & au-  
 reis, uirginibus, matronis coloratis ludimus, (wie die Kinder  
 mit ihren gemahlten Doeken und Poppen,) & ludificando tem-  
 pus plerumque gratiae amittimus, id quod contigit diuiti  
*Luc. 16. cui in inferno desudanti omne tempus gratiae erat  
 praeterfluxum. Adde: Sumus omnes עורלים, sicuti pueri  
 in plateis ludificantes, irridentes & ludicre agentes, machi-  
 nantes, ut radix עלל Hebraeis sonat, ἄλλοι ἀχρεῖοι, serui  
 inutiles, Luc. 17. 10. De humana fragilitate ac uanitate uid.  
 Gen. 47. 9. Iob. 14. 1. Pf. 90. 10. XXXIX. 6. 12. LXII. 10. CXLIV.  
 3. 4. Sir. 40. 1. & c. Eccles. 1. 14. ubi in phrasi הכל הכל והנה הכל*  
 uniuersalissimae uanitatis perspectio HEBRÆORVM ASTERISCO  
 ET NB. SPIRITVS s. insignitur הנה, ECCE! Vita enim homi-  
 num quid aliud, praeterquam abitus, *ὑπάγειν*, aut *παρέυεσθαι*,  
*peregrinatio continua*, quoad durat, dum omnes, simulac  
 editi*



editi sumus has in praesentes calumnias & expositi, tanquam  
 גרים, aduenae, peregrini, per צלמות, id est, *συναν θανάτου*,  
*uallem mortis*, cum Dauide Ps. 23. in seculum aeternum de-  
 ambulare incipimus, unusquisque acclamantes alteri hoc in  
 sodalitie & peregrinantium fraternitate: *Non habemus hic*  
*manentem ciuitatem, sed illam futuram ἐπιζητούμεν, VNDI-*  
*QVAQVE QVÆRIMVS*, Hebr. 13. 14. Mich. 11. 10. 2. Cor.  
 5. 1. Phil. 3. 20. Vno uerbo homines quid sunt? ABITV-  
 RIENTES, Hingänger, TRANSEVNTES, HAGARÆL, Hag-  
 reni, PEREGRINANTES, הולכים, sie gehen dahin, wie alle West.

§. 4. Subiungit Seruator: *ουαι δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, διὲ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται*: *Vae autem homini illi, per*  
*quem filius hominis traditur*; *καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ ἂν ἐγεννηθῆν ὁ*  
*ἀνθρώπος ἐκεῖνος*, *bonum erat illi, si natus non fuisset homo*  
*ille*. *Lightf. ad Matth. 26. 24. p. 378.* phrasin illam pro for-  
 mula uendit ad Talmudicis usitata *Babyl. Berac. fol. 17. 1. &c.*  
 Idem tradunt *Buxtorff. in Lex. Talm. p. 1316. & Ant. Bynaeus*  
*de M. C. l. 1. c. 7. p. 563.* Dicunt Talmudici כל שלא חס לעולם  
 non curat, uel consulit gloriae Creatoris sui, conueniens. *si-*  
*ue melius, esset illi, si non uenisset in mundum.* Idem in *Zoar*  
*de ignorantibus legem* extat. Haec igitur loquendi genera  
 לעולם כן שלא ראויו קונו כבוד על, *quicumque*  
*non curat, uel consulit gloriae Creatoris sui, conueniens. si-*  
*ue melius, esset illi, si non uenisset in mundum.* Idem in *Zoar*  
*de ignorantibus legem* extat. Haec igitur loquendi genera  
 לעולם כן שלא ראויו קונו כבוד על, *conueniens, siue melius,*  
*esset illi, si non uenisset in mundum, & נוח לו אם לא נברא,*  
*satius esset illi, si non creatus, uel natus esset,* conuenire cum  
 eo, quo Iesus hic utitur *καλὸν ἦν* &c. existimant. Alii, eandem  
 loquendi se rationem apud Graecos inuenisse, uolunt. Sed  
 enim quamuis Talmudicorum & Graecorum formulae cum  
 illa Christi *materialiter* & *quoad sensum* conueniant, exinde  
 tamen Christum ab his, aut illis suam esse mutuatum phra-  
 sin, non sequitur, maxime cum Talmudistarum phrasēs re-  
 centioris sint aetatis, de quibus, utrum extiterint diebus  
 Seruatoris, non constat.

§. 5. Tum *ἡξάντο συζητεῖν πρὸς αὐτὸν*, ut *Lucas* habet.  
 Vox *ζητεῖν* quando ponitur ἀπλῶς, sine Praepositione, iam



magnam importat emphasin, tam apud *Scriptores Sacros*, quam *profanos*, *Euripidem*, *Aristotelem*, alios. Vsurpant enim *proprie* de thesauris in terra reconditis, de feris sub latibulis suis, & ramosis, densisque arboribus, collitescentibus, de metallis ex imis terrae uisceribus effodiendis, de rebus perditis &c. quae magna industria & sollicitudine quaerimus: Ac *improprie* de mysteriis, rebusque abstrusissimis publicam in lucem exponendis. In compositione uero emphasis ac significatus ille magis augetur. Sic ἐμφατικῶς πόντος ἐπιζητεῖν *Hebr.* 13. 14. τὴν μέλλουσαν, scilicet πόντος ἐπεράνιον, ἐπιζητέμεν, ubi uox per τὸ ἐπὶ intenditur, ut sensus sit; πόντος ἐπεράνιον, e qua propter peccatum deiecti fumus, magno desiderio requirimus, *supra* uidelicet in coelis. ἐπιζητεῖν enim est rem amissam & deperditam anxie ac intente requirere. Vita Christianorum idcirco esse debet ἐπιζητήσις, *continua requisitio* & intensissimum rei amissae desiderium, nimirum *reacquisitio* imaginis diuinae & coelestis laetitiae, ut peruenire nobis aliquando liceat ad Ἰσαγγελλαν. Similiter l. c. in uoce συζητεῖν magna inest emphasis, conflata ex σύν & ζητεῖν, *una cum aliquo de re aliqua disquirere, una rationes conferre*, magno ex desiderio, ad rei alicuius indagacionem. Est igitur συζητεῖν hominum attonitorum, qui mutuo sese rogitant & interpellant, quando plures iunctim & collegialiter rem in unam assidue inquirunt altercando, pro & contra disputando, more Hebraeorum, qui res impeditas & intricatas scrutabantur per κατήχησιν, quaestionem & responcionem. Vid. *Act.* 6. & 9. *Marc.* 1. Qui modus docendi per quaestiones & responciones Hebraeis familiaris intelligitur ex uerbis Euangelistae: καὶ ἀνέστη αὐτῶν ἡ ἐπερωτῶνσα αὐτοὺς. Vnde Gymnasium & Academiae Hebraeis sonant בית המדרש, *domus quaestionum*, συζητήσεως. Arabes uocant *Madrasa*, Graeci δίκον κατήχησης, Germani reddere possent: Ein Ort, oder Schule, da man sich unter einander bespraget. Vid. *Lightf. Hor. Hebr. ad Matth.* 4. 23. p. 246. & *Lundii Jüd. heiligth.* L. IV. c. 13. p. 793. Quemadmodum



modum ergo circa res scrupulosas & maxime impeditas discientes quaerebant Magistros suos; Ita discipuli non tantum ex Seruatoris ipsius ore sciscitantur, uerum unusquisque etiam attonitus, moestitia suffusus, ac quasi extra se positus alterum interrogat, qualem stuporem cum attonitu coniunctum ostendit clare συνάφεια textus, ac in specie uocula τό: *Coeperunt quaerere inter se HOC, scilicet εἰς καθ' εἰς, singularim, unus post alium, Syr. ܩܘܠܘܢ ܕܥܝܢܘܢ ܕܥܝܢܘܢ, unus, unus ex illis, & sigillatim λέγειν αὐτῷ, dicere illi: Μήτι ἐγὼ εἰμι, κύριε; Num ego sum, Domine.*

§. 6. Iudas tandem nihil boni sibi conscius quaerit ex Iesu: *Μήτι ἐγὼ εἰμι ραββί;* *Num ego sum, Rabbi.* Rabbi est uox Hebraea significans *multus, copiosus, praegrandis, auctoritate, dignitate, doctrina.* Quando simpliciter ponitur, idem est ac Polyhistor, πολύμυστος, Doctor κατ' ἐξοχὴν. Annectunt Suffixum ἰ. ut apud Germanos unus acclamat alteri: *Mesin Herr, & Gallos Monsieur, Madame.* In V. T. praeter Messiam *Es. 63. 1.* aliquem ita adpellari, ego non memini. Christus enim solus erat διδάσκαλος, καθηγητής ac Rabbi κατ' ἐξοχὴν ille magnus, uerus Polyhistor, qui τὰ πάντα poterat ἰδεῖν, qui ἢ ἀλήθεια ἢ ὁ ἀληθὴς, uerus & fidelis testis, docebat, ἐξῆστ' ἔχειν, grauit'er, magna cum emphasi, tanquam pppio, legum, sine statutorum diuinorum, notitia perfectissima exquisite praedicus. Vnde de se ipse ait, *Ioh. 13. 13. Vos uocatis me Magistrum (ὁ διδάσκαλος, καὶ ὁ κύριος) elegantissime sonat in fontibus: IPSE EST DOCTOR, IPSE ETIAM EST DOMINVS, αὐτός ὁ διδάσκαλος) ac Dominum & bene dicitis. Sum etenim,* sensu strictissimo, κύριος & ἐξόχως ὁ διδάσκαλος, ὁ id est, αὐτός, ܩܪܝ, ut habet T. V. magnus ille Doctor ἀνωθεν, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, cuius schola in terra, & cathedra in coelis. Notant insuper hic felices Antiquitatum indagatores, quod Patriarcharum ac Prophetarum memoria Veteres abhorruerint a uanis mundi titulis. Non enim legimus: RABBI ESAIAS, RABBI IEREMIAS &c. sed ἀπλῶς: PROPHETA, Seher, ܩܨܪ, Schauer, Mann Gottes, Priscis in Ec-  
clesia





clesia Doctores dicebantur *διδασκαλοι*, SERVI DEI, uti *Paulus*,  
*Rom. 1. 1.* &c. Insurgentibus autem paulo ante natum Chri-  
 stum corruptis & peruersis Doctoribus, traditionibus maio-  
 rum innumeris populum onerantibus, honorario illo Serui  
 Dei titulo hi non erant contenti, uerum magnos, ut fieri  
 solet, honores, magna nomina affectabant Vnde tituli  
 RAB, RABBI, RABBAN, RABBONI ET RABBVNI ortum suum ha-  
 bent, qui diebus Seruatoris & post illos cum primis in con-  
 suetudinem abiere, dum, si ritus ad nostrum seculum ac-  
 commodemus, RABBAN, RABBONI, RABBVNI fuerit DOCTOR,  
*Rabbi Licentiatas*, RAB MAGISTER, nisi, *Rab absolute* & κατ'  
 ἐξουχην positum *Doctorem* quoque significare posse, obftet.  
 Tituli enim ualent ut nummi. Ante Hillelis tempora tale  
 quid usu receptum fuisse, negat ac pernegat *Auctor Lex.*  
*Aruch in uoce* רב, quando scribit: הדרות הראשנים שהיו  
 ברומים מאד להם היו צרוכין לא ברכין ולא ברכי ולא  
 כרב: *Generaciones primitiuæ, quæ honoratiores fuerunt, ti-*  
*tulo Rabban, aut Rabbi. siue Rab, non indignuerunt, &c.* Sed sub  
 N. F. initia magno fuit in pretio. Magistros in plateis obui-  
 am factos Iudæi salutabant ita: רבי שלום עליך, *pax SVPER*  
*TE Rabbi*, cum aliis contra prætereuntibus simpliciter ac-  
 clamarent: שלום לך, *pax TIBI*. Qui illam salutandi Ma-  
 gistros consuetudinem intermitterent, efficere illos, crede-  
 bant, ut Maiestas diuina ab Israel recederet, *Gloss. Babyl.*  
*Berac. fol. 271.* His igitur ex causis Seruator optimus dam-  
 nnat factum Pharisaicum, *Matth. 23. 7.* non ut cum *Carol-*  
*stadio*, *Zwinglio*, *Fanaticis*, *Pietistis* omnes promiscue hon-  
 norum titulos proseribat. et ultimos ad Indos releget. Nam  
*Paulus* uocatur expresse διδασκαλος τῶν Ἑβραίων, *speciali sen-*  
*su*, & *Iohannes*, se Rabbi nominari, passus est. Vid. *Iob. 3.*  
*26. Eph. 4. Act. 13. 1. Hebr. 5. 12.* Sed ut, affectum fastidio-  
 sum, affectationem nimiam Phariseorum, coadherentem ti-  
 tulus διδασκάλου sibi ualde displicere, illis ostendat. Volebant  
 enim more *Pontificis R.* doctores audiri κατ' ἐξουχην, summi  
 absque diiudicatione & exceptione superioris, simpliciter &  
 κυρίως



κλειδος, iuxta illud: αὐτὸς ἔφα &c. Als Meister von hohen  
 Sinnen. In primis ritus in Sapientum creatione adhibiti  
 notabiles sunt, quos inter quatuor praecipui a Talmudistis  
 sequenti ordine recensentur 1.) קטבת לוי יצחק, colloca-  
 tio in cathedram, uidelicet Mosis, quorsum aliqui e Chri-  
 stianis trahunt illud Matth. 23. 2. ἐπὶ τῆς Μώσεως καθέδρας  
 ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι: In cathedra Mosis se-  
 dent Scribae & Pharisei. Vid. omnino Neh. 8. 4. Sedere  
 consueuerant Magistri in loco editiore, qui Graecis & N.  
 T. Scriptoribus βήμα dicitur, Matth. 23. 2. Luc. 4. 16. Deut.  
 33. 3. 2. Reg. 2. 5. Luc. 2. 46. &c. **Lundii Jüd. Heiligth. l. 4.**  
 c. 19. p. 826. Lightf. de Templo & Templi Minist. R. Leo Iuda  
 de Templo, Bynaeus l. c. p. 398. & p. 109. Pfeiffer. Antiq.  
 Hebr. de Mor. Schol. Hebr. p. 156. Jac. Alting. Hist. Promot.  
 Acad. alii. 2.) מפתח ומקיים, traditio clauis & pu-  
 gillarum, siquidem CLAVES SCIENTIÆ solemnī ritu tradeban-  
 tur, ad quem Christus forsan alludit Luc. 11. 52. ὅτι ἤρατε τὴν  
 κλειδα τῆς γνώσεως, quia tulistis CLAVEM SCIENTIÆ. Grotius  
 ad Luc. 11. 52. Mos erat apud Hebraeos eum, cui potestas da-  
 batur legem interpretandi, clauē data quasi in possessionem  
 muneris mittere. **Lundius Jüd. Heiligth. l. 4. c. 17. Num. 17.**  
 p. 815. scribit: Ohne Zweifel ist diß, sonderlich mit dem Schlüs-  
 sel aufgenommen, da diese νομικοὶ aufgenommen, daß sie vom  
 Ober-Gericht, oder ihren dazu Deputirten, oder Berordneten  
 examiniret, und wenn sie tüchtig erfunden worden, ihnen durch  
 Uebergung eines Schlüssel und Schreib-Tafel die Macht  
 gegeben worden priuata Collegia, oder geheime Schule, zu  
 halten, und nachdem der Tittul Rabbi aufgenommen, ihnen  
 auch der gegeben worden, fast eben wie heute die Studiosi auf  
 Vniuersitäten zwar auch priuata Collegia halten == aber ins-  
 gemein nicht eher, als sie praesidiret, und sich dazu habilitiret,  
 und tüchtig erwiesen haben. Adde τὴν κλειδα τῆς γνώσεως ipse  
 esse traditam, ut reconditum in scriptura thesaurum, hoc  
 est, mysteria diuina ζητοῦσι, quaerentibus, aperirent. Vnde  
 Tertull. τὴν κλειδα τῆς γνώσεως recte exponit interpretatio-  
 nem



nem scripturarum. Volunt praeterea Talmudici, τὴν κλη-  
δα τῆς γνώσεως post scribae mortem haeredibus, iure quasi  
haereditario, uenisse, in perpetuum muneris fideliter per-  
functi μηηιδόνον, aliquando autem loculis, siue feretro il-  
latam, ut coram supremo iudice comparens & citatus olim  
mortuus de officio bene administrato rationem reddere pos-  
set. 3.) סמיכה, manus impositio & 4.) קריאת רבי, renun-  
ciatio, qua proclamatur Rabbi. Vid. *Lund. l. c. p. 814. Fessel.*  
*Aduersf. Sacr. T. I. c. 1. l. 1. Alting. de Rep. Hebr. Schol. p. 107.*  
*Schindler. Lex. Pentagl. ad uoc. פרה p. 1504. Pfeiffer. Antiq.*  
*Hebr. c. 21. p. 163. sqq. Buxt. Lex. Talmud. p. 10. 1705. 1248.*  
*2176 & c. & Abbreu. Rabbin. p. 172. sq. Lightf. Hor. Hebr. in*  
*Matth. p. 246. Angel. Caninius ad Loc. Obsc. N. T. p. 86. sq.*  
*Leusden. in Iona Illustr. p. 5. & Ioel. Illustr. p. 25. 65. 78. An-*  
*ton. Hulsius in Theol. Iud. P. I. p. 311. sq. & alii.*

§. 7. סמיכה, χειροθεσία, SIVE MANVVM IMPOSITIO, quae ab  
remotissima inde antiquitate est repetenda, attentionem in  
primis meretur. Talmudici Magistrum, qui senior esset,  
discipulos creasse, tradunt apud *Maimonid. Tract. Sanbedr.*  
c. 4. Quemadmodum autem totum ferme regimen Eccle-  
siarum Christi, teste *Seldeno de Synedr. p. 720.* conformatum  
fuit ad Synagogarum exemplar; Ita χειροθεσίας consuetu-  
do a Christianis est recepta, quam etiamnum in posteros tra-  
ducimus. Meminit illius *Apostolus* non uno in loco v. c.  
1. *Tim. 4. 14.* Noli negligere χάρισμα, quod in te est, gra-  
tiam, quae data est tibi per prophetiam μετὰ ἐπιθέσεως τῶν  
χειρῶν. *Syrus, Arabs*, alii fontes κατὰ πόδα sequuntur. 1. *Tim.*  
5. 22. & in *Actibus cap. 14. 23.* χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσ-  
βυτέρους κατ' ἐκκλησίαν, *Syrus* , & consti-  
tuerunt, *Arabs* Erpenianus ,  
cum constituisent illis presbyteros. *Vulgatus: Constituisent, Lu-*  
*therus: Ordinassent.* Nam χειροθεσία & χειροτονία interdum  
sunt Synonyma. Primario & ex origine sua significat ma-  
nus protendere, seu porrigere, uel ad assensum, uel ad aliud  
quid



quid significandum; Sicut χειρονομία est suffragiorum per manus porrectas latio, ut ex *Aristophane*, *Demosthene*, *Thucydide*, aliis dudum innotuit; Atque sic χειρονομία ratione etymii est porrectio, siue extensio manus, μίσανουμικῶς uero suffragium, aut suffragii latio, quae fiebat per manus. Veteres enim habebant κληρώδεις, qui, coniectis in sortem tabellis, aut in pyxidem lapidibus, designari consueuerunt, αἰρωτῆδες extra ordinem creatos, κατὰ ψήφισμα τετραγμένους, ex decreto publico constitutos, licet ceteroquin ψήφῳ & χειρονομία, in se differant, ita ut ψήφος suffragium denotet iactis calculis peractum, χειρονομία uero porrectis manibus. Vid. *Schurzst. Dissert. de χειρονομία* §. 13. Denique χειρονομητῆς, quando, populo rite congregato, suffragia tendendis manibus legitima ferebantur, cuius conuocandi potestas penes Thesmothetas fuit. *Iul. Pollux. Onomast. l. 7. c. 9. Carol. Sigonius de Rep. Athen. l. 4. c. 1.* Vnde *Erasmus in Actis τὸ χειρονομήσαντες* uertit, utut minus accurate, cum suffragiis crearent illis per singulas Ecclesias Presbyteros. Vid. *Selden. de Synedr. p. 397.* Apud uetustissimos scriptores Platoni coaeuos, immo ante & post illum florentes, fuit simpliciter χειρονομήν, decernere, διατάττειν, νομοθετεῖν, ψηφίζειν, constituere, ordinare, creare, eligere; χειρονομία, creatio, procreatio, διάταξις, ordinatio, χειροτονηδὲς electus, creatus, ordinatus, designatus. Sic apud *Demosthen. χειρονομήν ἱερέαρχος καὶ στρατηγὸς καὶ Φυλάρχος ἢ ἰππάρχεις*, & *Appianum χειρονομία τῶν νόμων, constitutio legum, δημάρχων χειρονομία, creatio tribunorum plebis.* *Philo lib. de Ioseph. ὅτε βασιλέως ὑπαρχῶ ἐχειρονομήτο, quando Iosephus regis uicarius est constitutus,* & *de Mose l. 1. de Vita Mosis; ηγεμῶν ἐχειρονομήτο, dux constitutus est.* Fuit igitur idem, quod constituere, uetustissimis Philosophorum temporibus, absque suffragiorum habita ratione, si epistolae *Alexandri M. ad Ionathanem* habenda fides apud *Ioseph. l. 13. c. 5. χειροτονῆμιν δὲ σὲ σήμερον ἀρχιερέα τῶν Ἰσραήλων καὶ φίλον ἐμῶ καλεῖσθαι,* & *ordinamus te hodie principem Sacerdotum,*



& amicum nostrum uocari, praecipimus. Consonat sacer co-  
 dex, Act. 10. 40. 41. Dedit eum (Deus) manifestum fieri non  
 omni populo, sed μάξιμοι τοῖς προεχειροποιημένοις ὑπὸ τῆς Θεῆς,  
 testibus praeordinatis a Deo. Certe Apostoli non per suffra-  
 gia populi, sed immediate & diuinitus constituti, ergo χειροτο-  
 νεῖν utique significat etiam simpliciter ordinare, constituere.  
 Hanc ob causam Paulus, Tit. 1. 5. exponit per καθίσταται,  
 quomodo interpretatur Hesychius apud Schurzfleisch. Dissert.  
 cit. §. 16. & 17. χειροτονέω uero deinceps idem quoque fuit, quod  
 initio & sacros ordines impertio per impositionem manuum.  
 Vnde χειροτονια & χειροθεσία euadunt in Synonyma, non  
 quidem per se & ratione etymi, sed per accidens, quod χει-  
 ροθένια ἀπλῶς totum significat ordinationis & inaugurationis  
 actum, qui peragebatur mediante manuum impositione,  
 quare Versio Arabica Iaiana illud χειροτονήσαντες apud Selden.  
 de Syn. p. 404. uertit: Et designarunt manibus suis in singu-  
 lis Ecclesiis Presbyteros. Exinde uidemus ritum illum ab ul-  
 tima Hebraeorum memoria ad alias gentes, tandemque Chri-  
 stianos ad antiquos, transcendisse. Christus autem his sole-  
 mnitatibus non habebat opus, siquidem diuinitus sigillatim  
 constituebatur Doctor, inunctus a Spiritu S. oleo laetitiae  
 prae confortibus, in quo inhabitabat πλῆρωμα τῆς Θεότητος  
 σωματικῶς, & in ipso reconditi erant omnes thesauri sapi-  
 entiae & scientiae, de quibus singulis consulantur  
 Theologi.





Th: 780

ULB Halle 3  
002 500 698



Sb.

KOM  
D

n. C.









14.

Q. D. B. V

DISSERTATIO V.

**OBSERVATIONVM  
CRITICO-PASSIONALIVM**

**PRAEPARATIONEM AD AGNVM  
PASCHALEM ET CHRISTI DE PRODI  
TIONE IVDAE PRAEDICTIONEM**

SIGILLATIM EXAMINANS

QVAM

**INCLVTAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE  
INDVLTV**

**IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA**

DIE IVL. M. DCC. XX.

PLACIDAE ERVDITORVM *συζητήσει*

SVBMITTIT

PRAESES

**SAMVEL FRIDER. BVCHERVS**

AA. ET PHIL. MAG.

ET

RESPONDENS

**SAL. DANIEL HENSELIVS**

HOLZK. LVS. PHIL. ET SS. THEOL. STVD.

VITEMBERGAE

LITERIS CHRIST. SCHROEDERI, ACAD. TYP.

